UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

# Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ad amorem, qui est inter uirum & uxorem, incitant tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Visual Library

## *Ad amorem, qui eſt inter uirum, & uxorem, incitant Tria.*

PRimum eſt ſcriptura, ſicut
Paulus uiros adhortatur di-
cens. Viri diligitè uxores ue- Coll. 6.
ſtras, & nolite amari eſſe. Secundũ
eſt, quia multũ deo placet. Vnde
Eccleſiaſticus dicebat. In tribus Ecc. 25
beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ
ſunt ꝓbata corã deo, & hominibus;
concordia fratrũ, amor proximorũ,
uir & mulier bene ſibi conſentien-
tes. Vnde Ambroſius ſuper hoc di- Ambr.
cit. Hæc eſt enim pax domeſtica,
& cohabitantium ordinata à deo
concordia. Quod autem deo pla-
ceat, tribus rationibus oſtenditur.
Prima eſt, quia de coſta uiri forma
uit mulierem, ſicuti Moyſes diui-
nus hiſtoricus hoc teſtatur inquiẽs.
Immiſit ergo Dominus ſoporem in Gen. 2.
Adam, cumque obdormiſſet tulit
unam de coſtis eius & repleuit car
nem pro ea. Et ędificauit Domi-
nus Deus coſtam quam tulerat de
Adam in mulierem. Noluit Domi-
nus formare eam de limo ſicut ui-
rum, imò de carne, & oſſe uiri, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc ut eam tanquam ſeipſum a-
maret, eo ꝙ de ipſo facta eſſet. Vn-
de Adam à ſomno excitatus dixit.
Gen. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & ca-
ro de carne mea &c. Propterea di-
cebat Paulus; Viri debent diligere
Eph. 5. uxores ſuas ut corpus ſuum. Se-
cunda, quia noluit eam formare de
pede, ne à uiro contemneretur, ſed
de coſta ut ſciret eam ſibi eſſe ſo-
Gen. 2, ciam. Vnde Dominus deus dixit;
Non eſt bonum hominem eſſe ſo-
lum, faciamus ei adiutorium ſimi-
le ſibi. Et nota (et eſt tertia ratio)
ꝙ non de capite eam formauit, ne
Hieron, dominaretur uiro. Vnde Hierony-
mus ait. Dominus non de pede, ſed
de coſta formauit mulierem; ne à
uiro contemneretur, non de capi-
te ne nimis uellet dominari. Quar-
tum, quare uiri debent diligere uxo-
res ſuas, quia uxor patrem, & ma-
trem, & alios propinquos ſuos pro-
pter uirum ſuum relinquit. Vnde
infideliter agit, ſi hanc mulierem
non amet.

## *Aduentus Chriſti quadruplex.*

PRimus eſt in carne. qué Chri-
ſtus nobis declarans dicebat.
Ioā. 16. Exiui à patre, et ueni in mun-
dum. Quod expreſſius Ioannes ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN